



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XIV. De violentia potentum in miseros coercenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

Custodienda est igitur episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est & dedecoris nota, canes ibi vel accipitres habitare.

XIV.

Ex interpellatione quorundam cognouimus, quod calcatis Canonibus & legibus, hi qui lateri regis adhærent, vel aliqui qui potentia sæculari inflantur, res alienas competere, & nullis exertis actionibus, aut conuictionibus prærogatis, miseros non solum de agris, sed etiam de domibus propriis exulare. Idcirco in remedium consulentes decernimus, vt deinceps huius mali licentiam quispiam non habeat: sed secundum Canonum atque legum tenorem causarum suarum actionem proponat; vt nullus miserorum rebus suis per vim, aut assentionem quamlibet defraudetur. Illi autem qui contra dispositum non solum nostrum, sed etiam antiquorum patrum & regum, venire tentauerint, procellosi anathematis ultione plectantur.

XV.

Et quia ordinationi sacerdotum, annuente Deo, congruit de omnibus disponere, & causis singulis honestum terminum dare, vt per hos reuerentissimos Canones, & præteritorum Canonum viros, ac florida germina maturis fructibus enitescant; statui-
mus vt ⁸ si quis sæcularium quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris veneranter, sicut condecet Christianum, illi colla subdat, per cuius of-